Regiæ Academiæ Aboensis patribus civibusqve salutem et prosperitatem omnige...

Laurbecchius, Petrus Laurentii,

82 Aa 16/3

National Library of Sweden

REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS PATRIBUS CIVIBUSQUE, Salutem et Prosperitatem Omnigenam P.

Cœlitùs ad nos delata est admonitio gravissima juxta ac salùberrima, per Apostolùm, 1. Joh. 2. v. 15, 16. Nè diligatis mundùm, neq ea quæ in mundo sùnt. si quis mundùm diligit, non est charitas Patris in eo. quippe omne quod in mùndo est, Cupiditas carnis, et libido oculorùm, et ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου fastùs vitæ, non ex Patre, sed ex mùndo est. Porrò mundùs præterit, et cupiditas ipsiùs. qui verò facit voluntatem Dei, manet in æternùm. Nempe perdit homines mùndi suiq confidentia, estq hæc res ipsis in scandalùm et tendiculam. Deficiùnt tandem, non proficiùnt, omnia movent, nil verò promovent talium inventis consiliorùm, quibùs, præter Dei iram et justam nemesin, nihil lùcrifaciùnt. quemadmodùm namq Deus per Prophetam, Esa. 30. invehitùr gravissimè in Jùdæos, quòd, spretis Dei consiliis monitisq, suæ innitebantùr prùdentiæ ac phantasiis vanissimis, comminatùs ipsis, ob rebellionem ejusmodi adversùs mandata sùa, pùdorem pro gloriâ, pro confidentiâ confusionem, opprobriùm pro speratis succesibùs: ita pariter Apostolùs adhortatùr, Rom. 12. v. 2. nè configùremùr seculo, sed per renovationem mentis transformemùr, ad hoc, ùt probemus, quæ sit voluntas Dei bona illa, accepta et perfecta. De argùmento hoc, valde fœcùndo ob scandala seculi omnigena, eruditam ac tersam ORATIONEM conscripserat Præstantissimùs Jùvenis, DN. SVENO GISELIUS, Wexioniâ Smolandùs, S:æ R:æ M:tis Alùmnùs dignissimùs, stùdiisq et vitæ integritate maximè indefessùs; quam â Sacris hodiernis Vespertinis, in acroaterio Academiæ Maximo, recitare, favente altissimo, instituit. Ejùs igitùr nomine, Patres Civesq Academicos oratùm venio, dicto tempore et loco hùnc aùdiendo declamatori vacare, haùd grave dùcant. P. P.m Aboæ 4. Nonas Majas, A.C. 1690.

Petrùs Laùrbecchiùs S. Th. D. Prof. ordinarius, et Alùmnor. Reg. h. t. Inspector.

KUNGL. BIBLIOTEKET STOCKHOLM
KONGL. BIBLIOTHEKET STOCKHOLM
4/5 1690